

Tum ex Instrumento cessionis medietatis Tenutæ Ta Venetia per dictam Tutricem de anno 1600. Angelo filio factæ, ubi cessa fuit dicta medietas, & nominatim, aliquæ aliæ clausuræ tanquam illi conjunctæ, & exceptuantur nostræ clausuræ, per verba, *exceptis, & exclusis ex prædicta Territorii medietate clausura appellata, &c. & terris appellatis Tanlinis, Tarimedi, & Tacailan.* Ex hujusmodi nimirum exceptione in actu, in quo de Tenuta Ta Venetia, membrisque ei unitis dumtaxat agebatur, resultat in necessarium antecedens, quod terræ exceptuatur de membris Tenutæ, quia alioquin frustratoria fuisset exceptio, & eaque supponit exceptuatorum de sui natura inclusionem in corpore nominato, l. 1. §. *sed excipiuntur, ff. feriis.* Barz. dec. 71. n. 13. & 16. Comit. dec. 165. n. 14. ponderando maxime quod non versamur in simplici exceptione, à qua inferri non posse ad inclusionem rei exceptæ in re principali, quæ ab eadem re principali diversa erat, ait Socin. conf. 47. n. 3. lib. 1. Alex. conf. 14. n. 4. lib. 7. Sed in exceptione qualificata per expressionem aliquorum membrorum rei principalis, & per explicita verba relativa ad ipsam rem principalem, *ibi, exceptis ex dicta medietate.* Multumque facit dictio, *ex,* quia denotat harum terrarum à re concessa dimembrationem quandam & separationem, Bald. conf. 321. vers. *ex linea lib. 1.* Bellon. jun. conf. 97. n. 9. Barbof. diction. 115. n. 7. quæ intrinsicatem supponit, non secus ac privatio & supponit habitum, l. *Manumissiones ff. iust. & jur. l. Decem, ff. verb. oblig. cum vulgar.*

Tum ex alio Instrumento retrocessionis ejusdem Tenutæ, celebrato de anno 1610. cum simili exceptione, ac verbis supra relatis, stipulantes ipso Petro Paulo Authore Cumuli, contra quem propterea probat, non secus, ac contra Petrum Paulum, Soc. conf. 13. n. 5. vers. *Et probatio lib. 3.* Ruin. conf. 50. n. 53. lib. 1. Aret. conf. 112. n. 2. Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 172. nu. 1.

Tum quartò ex confessione ipsiusmet Cumuli, qui aliàs per decisionem editam coram Eminent. D. Card. Orthobon. has clausuras esse comprehensas in Tenuta Ta Venetia, ut illius membra obtinuit canonizari, & nec ei hodie displicere debet, quod semel contra alias personas placuit, ut in terminis tradit Dec. conf. 78. n. 41. lib. 3. Menoch. c. 337. n. 39. Fufar. de subst. q. 500. n. 1. in fin. & num. 4.

Ex quibus gratis dicitur erronea supra citata confessio Tutricis, quam imò subsequenter Instrumenta, & ipsius Cumuli observantia confirmat. Parumque refert, quod ibi Tutrix per errorem asseruerit bona hæc solita esse simul locari, & Nam quicquid sit de hoc nihil commune habet cum confessione annexitatis horum membrorum prorsus separata gl. 1. in l. si idem C. except. Bart. in l. Aurelia, §. *idem quæsitus, 3. ff. l. leg.* Surd. dec. 258. n. 2. Cæf. Manent. dec. 69. n. 2. Sicuti nec urget quod successivè eadem Tutrix hæc membra separatim locaverit, quia unica datur locatio facta de anno 1606. de quo tempore Tutrix non possidebat Tenutam Ta Venetia, cum illam de anno 1600. his membris exceptis, cessisset Angelo, præter quod, non exinde inferri posset & ad diversitatem membrorum destinatione Patrisfamilias unitorum, Grat. discip. 126. n. 21. Ad testes autem deponentes de membris Tenutæ, & hæc non recensentes, respondetur eos non coarctare negativam inclusionis aliorum membrorum, ut requiritur, Bald. in l. 1. n. 7. Cod. bon. poss. secund. tabul. Rot. dec. 92. n. 4. p. 2. rec. dec. 604. nu. 10. coram Buraito.

Non obstat, quod testator locutus non fuerit

de pertinentiis Tenutæ, quia adhuc veniunt ejus membra unita destinatione Patrisfamilias ex allegatis supra in §. *Nihilominus.* Eo magis quia agitur de fideicommissio particulari favore Agnationis constituto, eique testator expressè subiecit etiam alia duo corpora separata, unde fortius præsumendum est voluisse includi & has clausuras usui ejusdem Tenutæ destinatas, de quibus expressam mentionem non fecit, sicut de aliis corporibus separatis, quia de se veniebant appellatione Tenutæ, & sufficit hoc modo fuisse inclusas Menoch. conf. 86. n. 30. Surd. conf. 25. n. 33. Rot. dec. 258. n. 19. p. 5. recent. & incongruum esse ab expressa mentione corporum separatorum facta ad augendum, ac ampliandum & fideicommissum illius diminutionem 18 educere, ut bene in fort. term. ratiocinatur Surd. dec. 241. sub n. 10. vers. *respondetur, & n. 20.*

Posita autem horum membrorum inclusione in fideicommissio, sequitur nulliter fuisse de an. 1620. alienata, non obstante, quod alienatio asseratur facta pro extinguendo ære alieno fideicommissitenti, quia ut respondet prima decisio in §. *quo vero ad ære alienum,* quod fuit extinctum exceptis duobus Censibus modici momenti, non spectabar ad fideicommissitentem, & hodie additur, quod signanter census scut. 1000. venditus ab hærede gravato de an. 1613. Petro à Bononia esto, quod cessisset in solutionem summæ à fideicommissitente promissæ Angelo non debuit extingui alienando bona fideicommissi, quia tempore impositionis Censuum aderant in hæreditate alia bona, ex quibus dicta summa promissa Angelo solvi poterat, ut inter has ipsas partes fuit decisum in *Melevit. census 29. Januarii proximi præteriti, §. Observarunt, coram R. P. D. meo Peusingerio,* quæ licet loquatur de statu hæreditatis de anno 1711. bene applicatur dictæ impositioni proximæ subsecutæ de anno 1613.

Dos pariter Catharinæ uxoris fideicommissitenti solvenda erat, ex aliis bonis hæreditariis de dicto tempore, ut supra existentibus, cumque Catharina, quæ illa usque ad ann. 1619. administravit potuisset ex ipsis sibi satisfacere, & vel satisfecisse præsumitur, vel sibi imputare debet si maluit alia debita, aut posteriora, aut ad fideicommissitentem non spectantia solvi, Font. de pact. nupt. clausula 6. gl. 1. p. 2. n. 66. Barz. dec. 72. n. 21. & seqq. Rot. dec. 50. n. 62. inter impress. apud Modern. Forolivien. de pign. & in Rom. dotis 11. Febr. 1647. §. *Nec obstat in fin. cor. me.* Et insuper animadvertendum est, quod pro majori parte nempe pro uncis 455. dos constituta fuit in certo corpore, nempe in annuo reddito, debito super bonis Ferdinandi, & Pernæ de Guevara sum. Cumuli n. 20. Et propterea & idem redditus 20 erat restituendus, Campegg. de Dote p. 2. q. 79. n. 1. Phanuc. de dote gl. *restituend. n. 48. & 49.* Giurb. in consuetud. Messan. cap. 10. gloss. 8. part. 1. nu. 6. Corn. conf. 52. num. 8. lib. 1.

Et ex his, & aliis adductis in prima decisione eadem confirmata hodie fuit post trinam causæ propositionem utraque parte, & novissimè etiam Maria, & Barbarica de Habelis ad causam admittis informantibus, &c.

DECISIO LXXIV.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Devolutionis Domorum.

Lunæ 3. Junii 1652.

SUMMARIUM.

1 Censum super emphyteusi cum Domini assensu impositum,

- impositum, ea finita, Dominus solvere obstringitur. Amplia ut n. 2. contra n. 3.
- 4 Absentia emphyteutæ excusat à caducitate, vel saltem pro causa restitutionis in integrum, etiam majori deservit.
- 5 Credulitas canonum solutionis factæ à caducitate excusat.
- 6 Causa qualibet etiam injusta, vel fatua, pro exclusione caducitatis admittitur.
- 7 Negligentia in recuperanda dote ob vergentiam mariti ad inopiam, uxori præjudicat.
- 8 Emphyteutica alienari prohibita, non cadunt sub generali hypotheca. Amplia ut n. 9. Declara ut num. 12.
- 10 Solum reservandi assensum Domini removet dubium, quod aliàs subesset.
- 11 Alienatio necessaria emphyteusi non inducit caducitatem.
- 13 Venditio emphyteusis inter alias facta, tertio non præjudicat.
- 14 Retentio creditori sine hypotheca contra habentem hypothecam non competit.

Censum redditus annui scut. 300. super domibus impositum, directo domino Ecclesiæ Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio subjectis, Hieronymus Mercatellus (cui fuerant hæreditario jure cessæ) de eorumdem Fratrum consensu vendiderat cuidam Flaminio Cerasolo, & hujus deinde nomine Custodes Ven. Societatis SS. Bartholomæi, & Alex. Nationis Bergomensis administratores hæreditatis instituti, pro fructuum consecutione (in quorum solutione defecerat censuarius) mandatum de associando in præfatis domibus obtinuerunt, ac possessionem ipsius virtute receperunt. Ecclesia verò proprietaria Martium adversarium in eisdem domibus instituit, quas, tum ob non solutos canones intra biennium, cum ob alienationem, ac hypothecas in iis contra formam investituræ contractas, ad se contenderat devolutas. Unde à decreto immisionis Martio per Judicem attributo, commissa mihi causa dubium proposui super bono jure utriusque partis, ad Custodum favorem hodie resolutum. Ejus namque fundatur intentio in Instrumento census * impositi de consensu Domini directi, qui propterea devolutionem domus acceptare tenentur cum onere census, ejusque fructus successivè persolvere, ad text. in c. 1. §. *si clientulus de alienat. feud.* Marinus Frecc. lib. 2. de auct. & potest. Reg. erga subfeudat. auct. 29. nu. 8. vers. *fallit etiam hæc reg.* Herman. Pistor. lib. 2. par. posterior. qu. 48. nu. 22. Facchin. contr. jur. lib. 7. cap. 56. in princip. Cenc. de cens. q. 22. n. 9. in fin. cum aliis per Modernum Fulginaten. de emphyt. in tit. de alienat. q. 1. n. 112. col. 3. in princ. Afflic. dec. 112. n. 7. & 8. Rot. in una Rom. census 9. Martii 1607. coram Justo post Cenc. de cens. decis. 402. num. 1. & 2. ubi conclusionem

- 2 ampliat procedere, * quamvis consensus sub amplissima suorum jurium præservativa ab ipsomet proprietario, prout in casu proposito, præstitus esset, & rationem exinde deducit, quod clausula illa ad census impositionem referri non valeat, cui assensum expressum tunc ipse præbuerat, ac jus exigendi transfulerat in emptorem, ut notat Ifern. in cap. 1. num. 8. & 9. qui success. dar. feud. teneat. Facchin. adduct. cap. 56. in ult. §.
- 3 Et licet contraria quoque sententia * suos habeat sectatores relatos à Cyriac. contr. jur. 446. n. 4. cum seqq. Prior tamen opinio in casu proposito eò facilius admittitur, quòd caducitas à directo Domino, sive ex non soluto canone intra

biennium intentata, sive ex alienatione irrequisito Domino subsecuta videtur omninò correre. Si quidem prima canonis non soluti deservitur ex absentia * Hieronymi emphyteutæ ab Urbe (prout ex processu contra ipsam per contradictas instituto convincitur) quæ illum proinde à caducitatis incurso redditu immunem, vel saltem pro causa restitutionis in integrum eidem, licet ætate majori, concedenda deservit, ut not. Rip. in l. quod te, n. 41. ff. de reb. cred. Dec. conf. 138. nu. 9. Grat. conf. 79. n. 11. cum seqq. vol. 1. Corbul. de caus. privat. ob non solut. can. ampliat. 10. n. 2. Odd. de restit. in integr. q. 89. art. 9. n. 68. Clar. in §. *emphyteus. q. 8. vers. procedendo,* ubi attestatur de communi, & refert concordantes Rota in Romana devolutionis domus 25. Junii 1621. in §. *ultra quod coram Manzanedo, & in Romana domus 25. Februar. 1647. in §. quatenus autem devolutio prætenditur ob canones non solutos coram R. P. D. meo Cefo;* sive etiam ex reportata à Domino directo contra Inquilinos sequestrato super pensionibus domus emphyteuticæ, ac mandato successivè de consignando, ex quibus, vel elicitur præsumptio satisfactionis subsequente, * vel saltem certa credulitas in emphyteuta, quod ipsa processerit, caducitatis proinde exclusiva, ut not. Soc. jun. in l. 4. §. *Cato n. 148. ff. de verb. oblig. Jason in l. 2. n. 53. q. 16. vers. limitat tamen, C. de jur. emphyt. Corbul. eod. tit. ob non solut. canon. ampliat. 8. n. 122.* quos secuta fuit Rot. cor. Buratt. dec. 624. n. 7. & coram Gregor. dec. 388. n. 4. & in Rom. devolutionis 22. Junii 1624. coram Remboldo; cum quælibet causa * injusta quantumvis, ac fatua pro qua caducitatis exclusione regulariter admittitur, ad Text. in l. igitur. §. *potest. ff. de liberal. caus. idem Corbul. limit. 17. n. 2. Rot. post Mod. Perus. de cens. decis. 4. nu. 2. & dec. 261. nu. 5. p. 1. rec.*

Allegatæ verò satisfactionis præsumptio, ex eo exclusiva dici non poterit, quod sequestrum à directo Domino reportatum canones tunc temporis, ab anno scilicet 1647. solummodo decursos includat; & acceptata caducitas referatur ad canones duobus sequentibus annis non persolutos: Omnes quippe decisiones sequestrum prædictum comprehendebat, ita ut Domino directo ipsius virtute competeret exactio decursi canonis, ac imposterum decurrendi. Præterquam, dum in ejus executione sequestris, cedula quoque scut. 165. deposita fuit, prævia protestatione, ne alteri possit creditor, ipsi proprietariis non citatis, consignari: Eisdem propterea adscribi solummodo debet, ac nocere defectus integri canonis non soluti, quos, in actu consignationis ejusdem cedulæ factæ creditoribus posterioribus prævia quamvis citatione lacesit, exigere neglexerant, ut ex narrativa mandati convincitur, ac reliquis actis mentionem citationis præ se ferentibus, prout in terminis uxoris * negligentis exigere propriam dotem à marito ad inopiam vergente, ac malè rebus suis utente probat text. in l. si constante, ff. solut. matrim. & not. ibi DD. & in Auth. res quæ, C. communi de legat. ubi inter cæteros Jason col. ult. in fin. limit. 14. Padill. n. 121. Cephal. consil. 344. n. 35. cum aliis per Pereg. de fideicom. artic. 42. n. 16. Fufar. de subst. qu. 532. n. 30. Rot. in Romana Salviani de Casalibus 21. Junii 1641. cor. R. P. D. meo Cerro in §. *imò nulla videtur potuisse competere hypotheca, & in §. in omnem casum.*

Altera quoque species caducitatis ex causa alienationis incurse, visa fuit ex facto correre; Aut enim illa deducitur ex donatione irrevocabili inter vivos à quondam Clem. Mercat. emphyteuta de an. 1637. facta Franc. Mariæ ejusque filiis, usque

que deficientibus Hospitali Sta. Catharinae Canigliano data in summ. Martii nu. 4. Et hæc omnia bona in genere tantummodo comprehendit, non autem domos prædictas emphyteusi * suppositas specialiter refert, quæ proinde tanquam alienari prohibita sub generali bonorum appellatione non censentur inclusæ ad text. in l. obligatione generali ff. de pign. Bald. in l. voluntas n. 14, de fideicommissis Bartol. in l. codicillis, §. instituto n. 5, ff. de leg. 2, ibique Imol. in fin. Card. Mant. de tacit. lib. 22, tit. 28, n. 54. Negulant. in tract. de pign. p. 2, memb. 2, n. 42, Rot. in Romana domorum 3 Junii 1577, coram Lancell. post Marchef. part. 1, fol. 133, n. 1.

Vel desumitur ex obligatione persolvendi diversis vicibus scut. 165, data in summ. Martii n. 13, ac si domus prædictæ emphyteuticæ, quarum quoque mentio in obligationibus facta fuit, ad favorem creditorum dicantur hypothecæ contra formam investituræ suppositæ; Et incurfa dici non poterit, cum mentio earum domorum facta solummodo legatur in narrativa, quod illæ penes ipsam existerent, in parte verò dispositiva, seu obligatoria specialiter expressæ non fuerint, sed generalis tantummodo bonorum omnium mentio præcesserit, sub qua bona specialiter hypothecari prohibita * non præsumuntur inclusa, quoties privationis poena inde contingeret Alex. conf. 41, nu. 2, cum seqq. lib. 6, idem Mant. de tac. lib. 22, tit. 28, n. 54, Rot. dec. 509, n. 8, p. 4, tom. 3, rec. Inspecto præsertim solito emphyteutæ, cæteris in alienationibus directi Dñi consensum reservandi, * quod ad declarandam in hoc casu dubio, ejusdem voluntatem bene poterit deservire, secundum Casr. conf. 347, lib. 3, Roman. conf. 261, n. 4, Aym. conf. 211, n. 8, Rot. dec. 274, n. 4, part. 4, divers. & in Anagnina usurarum 23. Maii 1608, coram Manzanedo post 2. vol. conf. Farin. dec. 255, n. 9.

Vel denique innititur deliberationi subsecutæ ad instantiam cujusdam Contugii creditoris Hieronymi emphyteutæ pro pretio scut. 25. Et effectum caducitatis operari non potest, vel quia ad vitam ipsius Hieronymi facta censetur, vel quia prævio Judicis decreto * præcessit, adeoque tanquam coacta devolutionem ad favorem directi Domini non induxit, ut respondit Rot. cor. Caval. dec. 622, n. 6, & in dec. 25, n. 12, part. 6, rec. & in dec. 283, n. 2, p. 4, tom. 2, & in dec. 509, n. 5, p. 4, tom. 3, rec.

Devolutio pariter sustineri non potest ejus respectu domus sub directo familiæ de Stefanonis dominio constitutæ, quæ in censu ad favorem Flaminii imposito hypothecata fuit absque consensu ejusdem familiæ: Quia non probatur ex adverso in Instrumento concessionis in emphyteusim * ipsius hypothecatio prohibita, adeoque potuit sub generali hypotheca legitime comprehendere, ad text. in l. tutor, §. fin. ff. de pign. act. & not. ibi DD. & in l. fin. C. de jure emphyt. post glos. ibi in verb. vendere glos. in cap. potuit in verb. vendere de locat. Ripa in l. filiusfam. §. Divi n. 90, ff. de leg. 1, & de communi testatur Clar. in §. emphyt. qu. 18, Gabr. de reg. jur. concl. 12, n. 18, Rot. dec. 425, n. 6, p. 1, divers. Et licet eadem domus concessa fuerit Contugio de anno 1647, qui eam successivè distraxerat in Martium adversarium de anno 1650, directi Domini consensu non requisito: Hæc tamen venditio * præjudicium nullatenus intulit Flaminio, e jusque hæredibus uti res inter alios acta ad text. in l. sepè, ff. de re judic. l. si cui, §. iisdem, ff. de accusat. cap. inter dilectos de fide instr. cum aliis per Scacc. de Judic. lib. 2, cap. 11, n. 206.

Denique nec suffragantur ad retentionis effectum plura credita pro parte Martii producta. Si-

quidem aliqua ex iis directi Domini consensu destituta probantur, reliqua verò præfata censu posteriora, ac sine hypotheca noscuntur, adeoque in præjudicium anterioris creditoris hypothecariis retentionis * Beneficium operari non poterit ad favorem posterioris pro credito hypotheca carente ad text. in reg. qui prior de reg. jur. lib. 6, not. Surd. conf. 4, n. 41, lib. 1, & indubitatum in jure dixit Rota in dec. 412, n. 1, coram bo. me. Urgell. & coram Comitulo dec. 167. Dum maximè credita anteriora quatenus adsint Domini directi consensu munita in actis ejusdem Societatis Custodes solutione mediante promiserunt extinguere. Et ita, &c.

DECISIO LXXV.

R. P. D. CERRO.

Cathacen. Legati.

Veneris 7. Junii 1652.

SUMMARIUM.

- 1 Pecuniæ in legato mobilium continentur. Distingue ut n. 2. Amplia ut n. 5. & 6.
- 3 Clerico interdicta est negotiatio.
- 4 Clericus pecunias retinere præsumitur causâ præsidii & non lucrandi.
- 7 Censuræ decursi in vita testatoris veniunt in legato nominum debitorum. Inter mobilia commutantur, n. 8.

Decius Scoglio legatum controversum in hæc verba concepit, ibi, *Lego amplius Petro Franc. de Pace, & Ant. Minardo omnia alia mobilia, argentum, & aurum Domi quæ conservantur, nomina debitorum, & omnia alia existentia in mea domo.* Cumque non dubitaretur de comprehensione mobilium, suppellectilium auri, argenti, ac nominum debitorum. Difficultas restricta fuit ad pecunias in dicta domo repertas in summa ducatonorum 1700. circiter, ac ad fructus censuum dicti Decii testatoris, sed proposito dubio, quæ comprehendantur in legato, resolutum fuit in ipso comprehendere etiam pecunias Domi existentes, & fructus censuum jam maturatos.

Respectu enim pecuniarum * Domini transferunt cum dispositione text. in l. prædia §. libertio, ff. de fund. instr. ubi J. C. respondit pecuniam contineri sub legato mobilium, nisi contrariam voluntatem defuncti hæredes probaverint, quem sequitur gl. ibid. verb. ut sup. Dec. in l. singul. n. 21, ff. si cert. per. conf. 381, n. 4, ubi allegat text. in §. quia parum aurb. de nupt. & conf. 472, nu. 6, Paris. conf. 67, n. 12, & conf. 79, n. 45, lib. 2, Rim. jun. conf. 216, n. 84, lib. 2, Curt. jun. conf. 183, n. 1, Menoch. conf. 407, n. 8, & 9, Surd. conf. 26, n. 3, Petegrin. dec. Patav. 32, nu. 5, cum seqq. Rota dec. 410, n. 3, vers. tamen non est dubium part. 2, recent.

Et quamvis præfata conclusio videatur intelligenda secundum distinctionem * adductam in l. si Chorus §. 1, ff. de legat. 3, ut scilicet eæ solummodo pecuniæ, sub legato mobilium contineantur, quæ præsidii causa in Domo retinentur, non autè illæ, quæ mutuo, vel fœnori destinatæ conserventur.

Nihilominus hujusmodi distinctio casui nostro non repugnat, sive attentata qualitate Testatoris, cui tanquam Clerico * interdicta erat omnis negotiatio, cap. Cleric. de vita & honest. Cleric. Ruin. conf. 127, num. 10, vers. non obstat, lib. 4, Genven. præcl.

præcl. Eccles. q. 664, sub n. 3, vers. qua ratione. Rota in Firmiana Pensionis 19 Junii 1644, coram R. P. D. meo Celso, ac proinde existimari debet, quod solius præsidii causa, * non autem ad effectum fœnerandi pecunias controversas in domo retineret, ut in terminis ponderat Dec. dict. conf. 472, sub n. 24, si ve etiam perpensa illius voluntate ex amplissimis verbis, quibus honoravit legatarios, resultantem, nam post mobilia, argentum, aurum, & nomina debitorum, ulterius prosequendo addidit, & omnia alia existentia in mea domo, ex quorum exuberantia patet quod non sumus in simplici legato mobilium *, sed in magis amplo, ita ut propterea eo facilius sub ipso controversæ pecuniæ contineri videantur, ex adductis per Afflid. dec. 106, n. 7, & per Rot. coram sa. me. Gregor. dec. 257, n. 3, & in terminis Curt. jun. dict. conf. 183, n. 4, Ludov. Bell. conf. 77, n. 31, per doctrinam Bart. in leg. generali §. uxori sub n. 4, in fine, vers. secus si haberet, ff. de usufruct. legat. Imò sicuti fuerunt explicitè comprehensa nomina debitorum, ita censerentur possunt comprehensione pecuniæ *, quatenus fuissent negotiationi destinatæ, per text. in l. qui filium §. & magis puto ff. de legat. 3, quem refert Gabr. conf. 98, n. 33, lib. 2.

Respectu verò fructuum censuum placuit distinctio, quod aut agitur de maturatis in vita Testatoris *, & cum isti veniant appellatione nominum debitorum, & mobilium, Alciat. in l. moventium 93, n. 6, vers. sed hanc ego distinctionem ff. de verb. signif. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1, gl. 6, n. 10, Roderic. de annuis redditibus lib. 1, q. 8, n. 11, comprehenduntur in legato controverso; Aut verò agitur de maturatis post mortem dicti Testatoris, & in futurum maturandis, & sub eo non comprehenduntur, cum census * inter immobilia connumerentur, Angel. conf. 328, n. 1, Fulgos. conf. 103, n. 2, Grat. dec. Marchia 13, n. 7, & 8, Cenc. de cens. qu. 30, n. 6, cum seqq. & q. 72, sub n. 12, circa med. Rot. apud eundem dec. 431, n. 8, & dec. 311, n. 16, part. 7, recent. nec veniunt sub nomine jurium Testatoris Card. Seraph. dec. 224, n. 4, Rota dec. 235, n. 5, eadem part. 7. Et ita utraque, &c.

DECISIO LXXVI.

R. P. D. CELSO.

Pisuren. pecuniaria.

Veneris 14. Junii 1652.

SUMMARIUM.

- 1 Indemnitas promissa, sortem, fructus, damna, & interesse includit.
- 2 Damna passa ex Instrumentis probantur.
- 3 Scientia certa ex quibus resultat.
- 4 Intimatio in præjudicialibus fieri debet principali, & non procuratori. Declara ut n. 5. & 6.
- 7 Procuratorem in gravibus certiorasse principalem præsumendum est.
- 8 Statutum, quod citationes fiant domi, dimissa copia, valet.
- 9 Rubrica habens orationem perfectam declarat nigrum.
- 10 Civis censetur, qui se talem in contractu nominavit.

Pro solvendis fructibus duorum Censuum, quos de anno 1612. & 1618. imposuerat Alexander Auctor Com. de Thienis, coacti fuerunt Com. de Santinellis accipere sub usuris diversas pecuniarum summas, quarum restitutio cum ex adverso controverteretur, dubitatum fuit coram Eminentiss. Card. Othobono; an hujusmodi interusura deberentur, & affirmativè responsum fuit: Hodie reposita per me causâ, super iisdem ex iisdem etiam rationibus, Domini persisterunt in resolutis. Etenim obligatio resultat ex Instrumento publico in quo dictus Com. Alexander promisit sub obligatione Camerali relevare, & conservare indemnitatis * continet non solum solutionem sortis, & fructuum, sed etiam damnorum, & interesse, ex doct. Bald. in l. 2, sub n. 5, C. de sent. quæ sine certa quant. prof. Hond. conf. 25, n. 1, lib. 2, Paris. conf. 109, n. 38, & seqq. lib. 1, & conf. 16, n. 124, lib. 2, Rota coram Burat. dec. 194, num. 2, & dec. 325, nu. 14, ubi adden. lit. B.

Et ex publicis Instrumentis probantur etiam damna, quæ passi fuerunt Comites * de Thienis occasione dictæ fideiussionis, ut firmavit Rot. coram Seraphin. dec. 593, n. 3, & dec. 935, n. 4, & post Modern. Perus. de cens. dec. 137, à nu. 1, per tot.

Exceptio verò, quod hujusmodi Instrumenta non fuerint per Santinellos notificata, ad hoc ut relevatores scientes debitum esse sub usuris possent ab illo se eximere, & liberare; tollitur ex pluribus, & reiteratis intimationibus, quarum nonnullæ apparent factæ in præsentia Mancini Procuratoris Generalis ad lites ipsorum Comitum de Thienis, ac etiam specialiter deputati ad suscipiendum in se quascumque lites, & molestias à quibusvis personis illatas, & inferendas; Aliæ verò executæ personaliter tam contra Procuratorem prædictum, quam etiam contra ministrum & institutorem eorundem, junctis etiam decretis, & mandatis Judicum super refectione dictorum damnorum. Ex quibus probari certam *, & indubitatam, tradit Abb. conf. 81, sub n. 1, vers. quod autem, lib. 1, & conf. 19, ante n. 1, lib. 2, Paris. consil. 100, nu. 88, lib. 1, Surd. conf. 429, n. 53, relat. per Gratian. disceptat. foren. cap. 433, nu. 77, & cap. 510, nu. 17, & firmavit Rota in Romana divisionis 20 Junii 1639, coram R. P. D. meo Bichio.

Nec refert, quod in præjudicialibus intimatio debeat esse personalis contra Principales *, nec sufficiat contra Procuratorem, cum illa dicatur scientia præsumpta, non autem vera ex deductis in Urbevetana pecuniaria 29 Januarii 1635, coram bo. mem. Buccabella: Nam aliud est scientiam esse præsumptam, aliud verò illam probari præsumptionibus, & conjecturis: Unde cum ex supradeductis appareat ad notitiam Comit. de Thienis pervenisse executionem dictæ citationis *, & pecunias pro solvendis fructibus eorundem Censuum fuisse acceptas sub usuris, talis notitia videtur sufficiens, ut firmavit Rota dec. 612, nu. 4, part. 4, divers. & coram Seraph. dec. 1459, num. 12.

Quando enim citatio personalis non requiritur pro forma, sed tantum ad effectum, ut citatus habeat notitiam de contentis in illa *, tunc probata tali notitia citatio dom. dimiss. cop. æquipollet personali ex text. in clementin. causam in fine de election. Roman. consil. 410, nu. 2, Covarruv. in cap. Alma Mater part. 1, §. 9, num. 4, versic. tertius casus, de sentent. excommunic. Rota coram Seraphin. dec. 1296, num. 3, & in Neapolitana jurisdictionis 11 Februarii 1647, cor. R. P. D. meo Bichio.